

Ascanius, Henee filius, ut leo catulus vestigia sequitur matris, ab ea preda capere eiusque sanguinem dixit lambere; ita, patrem imitando, duriter ostes inprimere non quiescit. Durum fuit bellum, et nullus abuit^a plenum triumphum: sed Eneas, propter Palantem quem amiserat, maius habuit dampnum^b. Post vero paucos dies, Ascanius cum quibusdam suis de civitate exiens venatum, secutus est quendam^c cervum cuiusdam galdioni¹ Turni, per mediam vilam est secutus usque in curiam domini sui. Contra quem vilani conclamarent^d, ac armati surgentes et Turnum clamando, cum militibus qui tunc aderant, prelium ceperunt mortalem^e. Heneas, audiens inimicos contra suos arma levasset^f, cum militibus quos habebat, ad suorum adiutorium festinavit et Turnum suos lacerantem invenit. Cui Eneas dixit: O Turne, omnes quiescant, et ego et tu prelium^g comitamus; et quicumque vicerit, alterum^h sibi subiaceat et ulterius de Lavini filia non se intromittat. Quod Turno et suis omnibus placuit. Igitur Eneas et Turnus alternatim concurrunt et lanceis se aspere impetuntur: itaque utrique ad terram deveniunt. Heneas, ut fortis in bello, mucrone alcusⁱ elevato, Turnum percussit in humero, et gulam clipei incisit, quem suspensum tenebat collum. Ut autem sensit ad collum scutum dimissum, arcus se coperuit^k, et coopertus se suis conducere voluit. Quod Heneas intelligens, irruit armato pectore et fortiter mucrone Turnum percussit et, ut monstravit, vitam petenti fere^l donavit. Set baltheum quod Palas, quem occiderat, ut illum viderat cinctum^m, ait: Mihiⁿ dolor est renovatus; iste dies erit tibi supremus. Et sic illum dimisit ad inferos. Postea Latiniⁿ filiam^o per omnes Lacium partes pacifice^p habuit et nullo contradicente retinuit; et cum ea multos annos deiescit^q.

Mortuo itaque Henea, Ascanius eius filius audivit in sompnis: Surge, et circumeas^r terram donec scroffam albam novem albos filios habentem invenias, ibique civitatem Albanum nomine hedificavi^s. Que ut audivit, fecit Albanumque hedificavit et, dum vixit, poscedit^t; ibique duos filios genuit, Anulium scilicet et Munitorem. Ascanio autem defuncto, Anulius unam filiam habuit et Yliam appellavit. Anullio defuncto, Munitor timens, ne partem regni sibi auferret, eam in templo sacra Veste moniale fecit. Que cum Marte^u recubuit; sed, ut venerius³ dicamus, miles fuit, et ex ipso binos concepit filios,

a) habuit 3. b) dampnum 3. c) quedam 2. d) cum clamarent 3. e) mortale 3 corr. et ras. f) levasset 3 corr. et ras. g) c. p. 3. h) alii 2. i) alterius 2. k) cooperuit 3. l) ferre 2. m) michi 3. n) corr. 3, Lavini 2. o) filia 2. p) pacifere 3. q) defecit 3. r) circueas 2. 3. s) hedificabit 3 corr. t) possedit 3. u) marce 2. 3.

1) Vox itala? galeone = Knecht? (Viell. gastaldionis. W. 2) Cf. Vergil. Aen. XII, 941. 3) i. e. verius.